

CAPUT IX.

De Causis privandi Cathedralis Ecclesie sua Cathedralitate.

SVM MARIVM.

cum sup et dubio consulissem, ex Archivio sue Ecclesie notitiam extraxit, & ita fuisse executioni mandatum mihi testificatus fuit, licet fundamenta non inveniit: que in gratiam Cathedralium hic apponere volui.

521 Possessione enim verè & realiter capta in una ex Ecclesiis unitis, jam verificatur dispositio dicte Clementine, *Ex iniunctis*, que precipit in Cathedrali suscipere, que in loco deputato Dignitati Episcopali capi debet, ex *Penna d. dec. 699. n. 6.* ubi Additio: captaque possessione Ecclesie seu Canonici, possessio omnium bonorum & jurium dicte Ecclesie capta censetur: ut per *Barbosam de Canonici, d. c. 15. n. 21.* ubi plures Decisiones adducit: ergo etiam si secunde Ecclesie possessio deficiat, Episcopus poterit exercere sui Episcopatus gubernacula, quoniam capta possessio in ipsa Ecclesia principali, consequenter apprehensa, censetur quasi possessio omnium jurium ad ipsam Dignitatem pertinentium, in quibus aliis non est in possessione: ut per *Pennam decif. 761. num. 5.* ubi Additio alias adducit: cujus rationem appositus Paulus Jurisconsultus in *l. 3. §. quod autem, ff. de acquir. possess. per hæc verba: quod autem diximus, & corpore, & animo acquirere nos debere possessionem, non utique ita accipiendum est ut qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet, sed sufficit quamlibet partem eius fundi intrare, dum mente & cogitatione hac sit, ut totum fundum usque ad terminum velit possidere, per quem textum ita communiter ibi tradunt Doctores dicentes, etiam possessionem totius esse in parte minima: ad idem est *tex. in l. 2. l. 6. l. si fillicidij 8. cum l. sequenti, ff. quemadmodum servit. amit. l. una ff. de servit. rustic. præd. v. v. f. lembeicus to. 2. conf. 1. n. 50.* Et licet Episcopi pariter installerentur in Ecclesiis unitis, seu in his que unitatem constituunt, ut per *Pennam d. dec. 699. nu. 6.* tamen sic capta possessione in Sede Capitulari, vel in Choro, etiam si in aliis partibus non capiatur, valet; ita etiam si in duabus Ecclesiis non capiatur, dummodo in una fuerit capta, sufficit. *Que* doctrina omnino observari debet, stante consuetudine capiendi possessionem in una tantum, prout in possessione non Capitulari defendit *Barb. d. c. 15. n. 10.* per *Burrat. dec. 748. n. 12.* ubi *n. sequenti* declarat quomodo probetur talis consuetudo: & hac ratione sufficit si capiatur in loco residentie, etiam si in alia Ecclesia non capiatur, ex *Rota d. decif. 4. nu. 25.* coram Orthobono, ibi: *quod verò possessio Canonici quamvis capta in una Ecclesia sufficiat, hoc procedit, quia possessio capi debet in loco residentie.* Si Episcopus ergo in una Ecclesia resideat, licet duas habeat Cathedralis, modo accepit in ea possessionem, sufficit: cum certi juris sit possessionem intellexisse habere secundum usitatum consuetudinem: *l. 1. l. si manifesta 7. C. de servit.* licet enim is qui ex acervo frumenti modicum suffulit, totius rei furtum non faciat, ex veriori opinione, de qua *Ulpianus in l. vulgaris 21. ff. de furtis:* hoc tamen verum est quoad actionem conditionis, non verò quoad furtum. Hoc tamen non tollit sius alterius Ecclesie unitæ ad compellendum Episcopum ut ibi etiam capiat possessionem juxta dispositionem Juris, sed tantum capta possessio in una Ecclesia quoad Episcopum operatur, ne uno & eodem tempore partim dicatur Sedes vacans, partim verò econtra; quod verificaretur si possessione capta in una Cathedrali, opus esset expectare possessionem secunde unitæ: ad hoc ut Sedes vacare cessaret, quod maximum esset inconveniens: natura enim non patitur, ut duo pugnantia, veluti testatus, & intestatus, in eodem homine, vel subiecto concurrere possint, de quo est optimus textus in *l. l. nostrum 7. ff. de Regul. Jur. ubi DD. ex qua doctrina prodit vulgare Juris axioma, testatur pro parte, & pro parte intestatum neminem decedere posse, §. Hereditas, in fin. Inst. de her. instit. l. penult. §. Filius familias, ff. de Castren. pecul. cum vulgaribus, necessarii enim verificaretur hoc casu, ex quo una Ecclesia teneretur obedire Episcopo, alia verò neutquam, imò ipsa gubernaret tanquam si Sedes vacaret, donec in ea caperet possessionem, quod esset maximum inconveniens, ut patet.**

Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes, 1.  
 Papa solus privat Ecclesie sua Cathedralitate, 2.  
 Episcopi possunt commutare plura in Ecclesiis Cathedralibus, 3.  
 Maxima causa requiritur in privatione Cathedralitatis, 4.  
 Que requirantur ut iuste privatio Cathedralitatis procedat, 5.  
 Ecclesia propter necem Episcopi privatur Cathedralitate, 6. & seqq.  
 Patronus occidens seu mutilans Rectorem, patronatu privatur, 7.  
 Successor maioratus occidens possessorem, maioratu privatur, 8.  
 Occiso debet esse de Episcopo consecrato; non verò de electo, ad hoc ut propter necem Episcopi Ecclesia privetur Cathedralitate, 9.  
 Res non recipit denominationem ab eo quod erit, 10.  
 Bona occidentis applicantur Ecclesie Episcopi occisi, ibidem.  
 Cathedralitas ratione occisionis Episcopi non amittitur ipso iure, 11.  
 Nec Patronus patronatu privatur ipso iure ob illam causam, 12.  
 Infamia notatur occidens Cardinalem, sequuta sententia, 13.  
 Offendens Episcopum in sui defensionem, non incurrit penam, 14.  
 Item nec offendens vim vi repellendo, & aliis modis, etiam sequuta morte, 15. 27.  
 Nec maioratus illum successor amittit occidendo possessorem vim inferentem, ibidem.  
 Offendens Episcopum, quem non cognoscit, non incurrit penam, & in aliis casibus, 16. 27.  
 Ex delicto Episcopi Ecclesia non punitur, 17.  
 Ex occisione Episcopi quare punitur Ecclesia, & ipsa non punitur ex delicto Episcopi, 18.  
 Differentia delicti consistentis in faciendo ab eo quod in omitendo consistit, 19.  
 Tex. in c. Licet, 19. q. 3. interpretatur, 20.  
 Pena temporali innocentes aliquando puniuntur ex iusta causa, scilicet spirituali, que animam afficit, 21.  
 Clericus occidens Episcopum ipso iure privatur beneficiis, 22.  
 Propter perfectionem Episcopi non amittitur Cathedralitas, 23.  
 Episcopus electus etiam in aliena Diocesi potest procedere contra delinquentes, 24.  
 Episcopo vulnerato & sanato, non amittitur Cathedralitas, 25.  
 Conatus non punitur pena ordinaria, 26.  
 Clericus occidens Episcopum non gaudet immunitate, & Curia seculari traditur, 27.  
 Propter penitentiam occisionis Episcopi non tollitur pena privationis Cathedralitatis, 28.  
 Occidens Episcopum qui loco renuntiavit, eadem pena punitur, ibidem.  
 Civitas Cardinalem offendens privatur Cathedralitate, 29.  
 Pena occidentis Episcopum, vel Cardinalem, vel etiam Summum Pontificem, quod etiam dicta horribile & abominandum, 30.

Crimen

Crimen lese Maiestatis divina quando privet Cathedralitate, 31.  
 Conspirans populus contra Summum Pontificem, vel contra Sedem Apostolicam, privatur Cathedralitate, 32.  
 Crimen lese Maiestatis humane quando privet Cathedralitate, 33.  
 Ad aratum condemnata, vel demolita civitate, amittitur Cathedralitas, 34.  
 Episcopo agenti nomine Ecclesia quando obest carentia populi, 35.  
 Malitia populi quo casu sit causa privationis Cathedralitatis, 36.  
 Est causa Translationis, ibidem.  
 Causa Translationis, non est causa privationis Cathedralitatis, 37.  
 Perveritas populi quo casu sit causa Translationis Cathedralitatis, 38.  
 Mali quando deserendi ab Episcopo, ibidem.  
 Propter parvom fructum, quando aliò transferendus sit Operarius, 39.  
 Superior quomodo corrigat malos, & usque adeo, 40.  
 Facinoribus quomodo obvianandum à Prelato, 42.  
 Emendatione nihil proficiente, ultimum remedium est aufugere, & quare, 43.  
 Episcopi quare possint in Civitatibus, 44.  
 Cessante causa, effectus debet cessare, 45.  
 Perveritas populi qualis debet esse, ut populus privetur Cathedralitate, 46.  
 Vos fructus non speratur aliò Prelatis transferendus est, 47.  
 Propter Infidelium perfectionem quando transferenda Cathedralis Episcopalis, 48.  
 Perveritas malorum sit probatio virtutis bonorum, non indicium reprobationis, 49.  
 Bona propter malos deserendi non sunt, 50.  
 Religiosi propter malos mores possunt privari Monasterio, 51.  
 Humiliorum religio quare extinguitur, 52.  
 Causa que non est perpetua non consideratur ad iustificationem privationis Cathedralitatis, 53.  
 Causa privationis posita, non statim Ecclesia privanda est Cathedralitate, 54.  
 Carentia populi quo casu sit causa huius privationis, 55.  
 Capta Civitas ab hostibus, quomodo privetur Cathedralitas, 56.  
 Retinet Cathedraliam in habitu, & privilegia, 57.  
 Causæ que privant Civitatem Cathedralis, alie sunt ex delicto, & criminales; alie civiles, & temporarie, 58.  
 Rex Aragonia Decimas omnium que ex faucibus Saracenorum eriperet, exceptis Cathedralibus, obtinuit, 59.  
 Exemplum in Ecclesia Cesar augustana, qua fuit restituta post recuperationem civitatis à Mauris occupate, 60.  
 Episcopi, & Cathedralis captiva, remanent ut prius, 61. & seqq.  
 Renuntians Episcopatu, non renuntiat Dignitas, 62.  
 Renuntians Episcopatu quibus privilegiis gaudet, 63.  
 Actuale exercitium non requiritur ad fruendum privilegiis, 64.  
 Dignitas sine exercitio retinetur cum privilegiis, 65.  
 Ecclesia destructa quo casu retinet privilegia, 66.  
 Ecclesia destructa ob delictum, amplius Clerici non denominantur ab illa, 67.  
 Destructa ab hostibus, vel occupata, retinet privilegia, 68.  
 Privilegia quando pereant, mutato loco, 69.  
 Causa commissio persone in Dignitate constituta, si cepit cognoscere, prosequi valet, etiam relicta Dignitate, 70.  
 Ecclesia privata Cathedralitate an privetur privilegiis, honoribus & prerogativis, 71.  
 Princeps privatus mero imperio quod antea habuerat, an retinet privilegia pristina dignitatis, 72.  
 Clerico degradato character remanet, 73.  
 Finita Dignitate, privilegia durant, 74.  
 Finito officio, prerogativa non semper extinguntur, 75.  
 Frances de Eccles. Cathed.

Dignitate finita, vestigia remanent, 76.  
 Legato, finita Legatione, idem honor debetur, 77.  
 Nomen honoris, suis debet effectibus correspondere, 78.  
 Canonici, & Episcopi Titularibus, idem honor ac aliis debetur, 79.  
 Exercitium ablatum potest stare cum retentione honoris, 80.  
 Feuda renuntiantes in favorem filiorum, an retineant honores, 81.  
 Abbas finito officio retinet honores, 82. & seqq.  
 Ablato exercitio idem honor debetur Magistratui, 83.  
 Ducatus Aquitania retinet privilegium Regni, quia fuit Regnum, 84.  
 Destructio Monasterio absque eius culpa, retinetur privilegia, 85.  
 Sponsa Senatoris gaudet privilegiis Senatorum, 86.  
 Deposito Magistratu, quo casu fruatur Exemptionibus, 87.  
 Amissa Dignitate, Delegatus non perdit iurisdictionem, & quando secus, 88.  
 Finita Dignitate, privilegia durant Dignitatis, 89.  
 Origo potius attenditur, Memoria Dignitatis, quam titulus, 90.  
 Percutiens Clericum degradatum, excommunicationem incurrit, 91.  
 Prior Ecclesie Cathedralis qua desit talis esse, que privilegia retineat, 92.  
 Filius solutus ob dignitatem patria potestate, amissa Dignitate liber etiam ab ea manet, 93.  
 Privilegia, que competunt Ecclesie ut Cathedrali, non quia Cathedralis, amittuntur deposita Cathedralitate, 94.  
 Privilegia concessa tanquam Cathedrali, amissa Cathedra perduntur, 95.  
 Ecclesia Cathedrali, tollitur ius quod antea in ea habebat Archidiaconus, 96.  
 Palatium Episcopi, occiso Episcopo, amittit privilegia, 97.  
 Privilegia concessa loco, realia sunt, 98.  
 Privilegia concessa ratione Dignitatis, ea finita durant, 99.  
 Honores conservantur finita dignitate, sed non emolumentum, 100.  
 Incompatibilia non conservantur, exemplo Vnionis, deposita vel finita Dignitate, 101. & seqq.  
 Cathedra extinguitur, nec nomen nec honores Cathedra retinentur, 103.  
 Vnionis accessoria omnia extinguuntur que ad Ecclesiam uni-pertinebant, 104.  
 Translata Ecclesia simpliciter, an privilegia durent, 105.  
 Ecclesia exempta translata non perdit Exemptionem, 106.  
 Privilegia Ecclesie Cathedralis in duabus partibus erecte, ambabus competunt, 107.  
 Dignitates in abstracto, non in concreto, considerantur, 108.  
 Mutationes Cathedralium ex causa facte Translationes vocantur, 109.  
 Collecte mutantur mutata Ecclesia, 110.  
 Regulares Exempti ex quibus Decimas solvere teneantur, 111.  
 Episcopus cedens Episcopatu ob crimen, que amittat, 112.  
 Recedentibus Parochianis amittitur Cura Parochi, 113.  
 Prouisus non debet habere qualitates requisitas ad Curam quando Cura extinguitur, 114.  
 Regulandum est hoc beneficium tanquam non Curatum, 115.  
 Quanto tempore debeant desicere Parochiani, ut Cura dicatur extinguita, 116.  
 Curatus ruralis cur non habeat privilegia Curati, 117.  
 Restituta Ecclesia, etiam si alia adificetur, privilegia renouiscunt, 118.  
 Bona in alterius potestatem translata non restituntur, 119.  
 Stipendia debentur Magistratibus senibus, 120.  
 Ablata Cathedralitate, antiquitas sessionis an perdat, 121.  
 Ablato exercitio auferuntur ascensus, 122.

plura apud Solorzano ubi supra ex numero 117.

83 Eadem ratione procedit, quod ablatio exercitio idem. Ordo debetur Magistratibus, & eadem prerogativa ac si exercitium haberent. l. 3. c. ubi Senatores vel Clarissimi, l. 1. l. 3. c. de Silentariis, lib. 12. Novella 70. Iustitiam, §. Renovamus, Solorz. ubi supra n. 309. Quare Abbas, finito officio praecedit omnes in memoria pristina Dignitatis; Joan. de Lignano & Immola in Clem. Ne in agro, de statu Monach. num. 46. in fine, Felin. in c. Que in Ecclesiarum, n. 81. in fine, de Const. Federicus de Senis conf. 19. in fine, Ferrerus conf. 240. num. 23. Purpur. in l. 1. de Offic. eius, a n. 66. Chaffan. in Catalog. glor. mundi, p. 4. conf. 34. & p. 12.

84 conf. 58. ubi de Ducatu Aquitaniae, qui fuit Regnum, sic ait: Est dignor & laudabilior in memoria pristina dignitatis:

85 Sicut Ecclesia, vel Monasterio destructo sine ejus culpa, privilegia & immunitates retinentur: Glof. Magistra in c. Privilegium, de reg. iuris, in 6. Aviles in c. Prator, in proemio, vers. Iffas, n. 2. qui loquitur in mutatione status; DD. in dicit. cap. 5. de reg. iuris, in 6. Alex. conf. 43. num. 2. lib. 1.

86 Et licet haec haec omnia quae adducuntur de Episcopis & Consiliariis videantur extra materiam, cum loquamur de Ecclesiis Cathedralibus absque exercitio; maximè tamen conducunt ad decisionem questionis, cum Episcopus sit Sponsus, Cathedralis verò Sponsa; & certum est in Jure, quod Sponsae Senatorum eidem prerogativis debent gaudere: l. famina 8. l. nupta 12. ff. de Senat. & generaliter in omnibus probat tex. in l. mulieres 6. C. de incolis, lib. 10. l. mulieres 13. C. de dignit. lib. 12. latè Mastil. de Magistr. lib. 5. c. 4. n. 70. Latè & doctè Pichardo in tract. de prohib. inter virum, & uxorem communicatione, ex n. 11. post Comment. Iustit. ipsius: Solorz. n. 359. loc. cit.

87 Conducit ad idem, quod deposito Magistratu, si non est propter delictum, fruatur quibus omnibus exemptionibus, & libertatibus quibus antea fruebatur: l. eam legem, C. de excusat. numerum, lib. 10. ibi: ut iisdem beneficiis non quoadmilitaverint, sed quoadmilitaverint, perfruantur: leg. 1. C. de Primicer. lib. 12.

88 Et hinc est quod Delegatus non amittit Jurisdictionem, quae personalis non fuit, amissa Dignitate; nisi deponatur propter delictum: d. l. Cassius, juncta l. seq. ff. de Senat. tradunt DD. quos sequitur Sanchez de Matrimonio, lib. 8. disp. 27. n. 26.

89 Confirmatur ex communi Doctorum doctrina, astringentium, finita Dignitate adhuc durare privilegium Dignitatis: de qua videndi Bald. & Innoc. in c. Sedes Apostolica de offic. Deleg. Hippo. de Matril. singul. 107. & singul. 179. n. 3. Tiraq. in tract. Cessante causa, limit. 15. & 16. Amade. in tit. de Syndicatu in evidentialibus, n. 16.

90 Omnium autem dictorum eam rationem adducunt DD. quod in hac materia magis attenditur memoria prioris Dignitatis & origo ipsius, quam titulus immutatus: pulchre in terminis Ecclesiae Prioralis, quae in Cathedrali transivit, Oldrad. conf. 267. Felin. in c. Cum inferior, col. fin. de maior. & obedi. post Abbat. & Decim. in c. Quoniam Abbas, nu. 13. de offic. deleg. Enchir. Ecclesiast. Judicium nota 115. Gemin. conf. 125. dub. 8. Ripa Respons. 2. a num. 2. limit. 2. & in terminis praecedentiae Marzar. conf. 26. num. 48. 51. & 52. qua ratione voluerunt DD. percutientem Clericum degradatum incidere in excommunicationem Can. Si quis suad. diabolo, Glof. in cap. Ad abolendam, vers. prerogativa, de heretic. DD. in c. Degradatio, eod. tit. in 6. Glof. in c. Accedens, 50. dist. & in c. 2. dist. 54. Felinus in c. Contingit, in princ. de sent. excomm.

92 Unde Rebuffus in praxi benef. tit. de translat. Episcop. n. sequens Oldradum dixit, quod Prior Ecclesiae, etiam si destinat esse Cathedralis, non tamen perdit privilegia concurrentia rem, sed tantum personam: sequitur idem Rebuffus in Concordatis, tit. de Regi. ad Pralat. nonin. §. ult. verbo concessiones, fol. 206. Sicut etiam filius, qui propter Dignitatem liberatus fuit à patria potestate, solutus Dignitate liber etiam remanet: Glof. in antb. de Constit. vers. preffet, §. sane in genere: Ioan. de Platea in l. ult. C. de Consul. & non spargen. ap. his pecun. & de Praefect. & Magistr. Milit.

lib. 12. Tiraquel. in legib. commub. in princ.

Supradicta verò limitanda esse crediderim in his, quae competunt Ecclesiae ubi Cathedrali, non quia Cathedrali; quae communiter distinguuntur DD. Aliud est enim aliquid pertinere uti heredi, vel quia heredi: l. qui perinde, §. 1. ff. ad Trebel. ubi Paul. de Castro, Alexander, & alii, l. si quis fuit heres, ff. de relig. & sumpt. funer. Socin. conf. 19. n. 6. vol. 1. Bero. in cap. 1. de Iure patron. numer. 8. plures apud Peregrin. de fideicom. art. 6. num. 35. cum seqq. Cujus limitationis ea est ratio, quia in his Cathedra est causativa, & inductiva praerogativarum, in illis verò conservativa: Bald. in l. 1. §. 1. in prima lectura, in fine, ff. de offic. eius & C. Tiraquellus in d. tractatu, Cessante causa, limit. 35.

Secundò limitanda est praedicta resolutio, casu quo praerogativae vel prerogativae haberet Ecclesia, & ei concessae fuissent tamquam Cathedrali, ita ut principaliter ei competenter ratione loci, fuissentque reales, ita Bald. in l. maritum, ff. solut. matrim. ubi Zabart. n. 25. idem Bald. in l. fin. in prima lectura, col. fin. de Constit. Princip. Alex. conf. 193. lib. 2. Decius conf. 262. n. 4. Belloch. conf. 20. num. 8. latè Barb. in l. quia tale, n. 6. ff. solut. matrim. Ex quo resultat, quod erecta Ecclesia in Cathedrali, tollitur jus quod antea in ea habebat Archidiaconus, ex Rota in Laurentiana Jurisdictionis 20. Junij 1616. coram Sacro: Grat. disc. 458. num. 10. Et ex hac ratione deducitur, Palatinum Episcopi amittere privilegia, de quibus latissime infr. cap. 29. dicemus: Sede Episcopali translata ob necem sui Episcopi, vel ex alio capite: quo casu defunctus esse dicitur Episcopus: quapropter translata Sede, deseruntur omnia jura ejusmodi: c. Translato, de Constit. Marius Itala de Iromenit. Eccl. lib. 1. c. 4. §. 9. n. 6. & 7.

Ut autem sciamus quando haec limitatio habeat locum, attendi debet ratio concessiois, vis ratio praerogativae; ita ut quando conceditur, vel competit loco, five Ecclesiae, tunc realis dicitur: Dinus in regul. privilegium, num. 7. de reg. iur. in 6. Bart. in l. ult. n. 5. ff. de servit. legat. plures apud Menoch. lib. 3. praesumpt. 103. n. 24. & seq. & conf. 276. n. 8. si verò concessa fuerit ratione Dignitatis, ea finita durat: per supradicta, & l. eos, l. maximozum, l. eam legem, ubi Bartol. & Angel. C. de excus. muner. lib. 10. DD. in reg. decet, de reg. iur. in 6. Tapia de Constit. Princip. p. 2. c. 4. d. n. 35.

Tertiò limitatur in interesse pecuniario, ita ut conserventur honores, non verò interesse, seu emolumentum quod conjungitur cum exercitio Cathedralitatis: ita Bald. in cap. Capitulum, n. 8. de rescript. ubi Barbaria n. 58. ubi enim agitur de praeconatione officii, attenditur solum initium actus, non exercitium; ubi autem agitur de praeconatione respectu commodi, non sufficit initium actus, nisi deveniatur ad exercitium: latè Mascamb. conf. 16. d. n. 135. & a n. 179. & a n. 204.

Quartò limitatur in his, quae sunt incompatibilia cum praerogativis alterius Ecclesiae cui unitur: Bald. in cap. Translato, n. 4. de Constit. ubi Felin. nu. 6. Greg. Lopez in l. 28. vers. viviesen. tit. 7. p. 1.

Quintò limitatur, nisi deposita Dignitate, ad statum tranfierit incompatibilem; veluti ad Eremitorium: exemplo Delegati qui deposita Dignitate transiit ad statum Laicalem: ut cum pluribus tenet Sanchez de marim. lib. 8. c. 27. num. 27.

Nec praedictis obstat, quod Cathedra extincta, five per translationem, five per mutationem, de cetero nec Cathedralis nomen, nec praerogativae vel prerogativae retinere potuit, quia haec cum ipsa Sede, extincta sine abolita fuerunt: Glof. in can. Si quis vult, 16. q. 7. Lapsus alleg. 68. Felinus in c. Translato, n. 6. de Constit. Angelus conf. 247. Mantua conf. 89. Puteus lib. 2. decis. 335. n. 4. Hieron. à Lauren. in decis. Aenionen. 12. Nam responderetur hoc procedere, quando Ecclesia extinguitur, seu annihilatur per unionem alteri factam accessorie, quo casu omnia transfunduntur in aliam cui unita fuit; Glof. in d. cap. Si quis vult, 16. q. 7. Felinus in d. c. Translato, num. 6. de Constit. vers. Sed adde ad notata, & vers. Limitatista, in fine: optime Angel. conf.

conf. 227. Mantua. conf. 89. num. 13. Secus autem quando non fuit extincta, sed translatio five mutatio simpliciter facta fuit: praecipue si privilegia personam respicerent: Oldrad. conf. 267. a num. 2. Angel. conf. 247. Felin. d. num. 6. Glof. in cap. Privilegium, de reg. iuris in 6. Innoc. in c. 2. n. 2. de novi oper. nunt. qui loquitur in Ecclesia quae capta fuit ab hostibus: Alex. conf. 43. n. 2. lib. 1. & conf. 140. num. 12. lib. 5. Aviles supra, n. 13. Greg. Lopez in d. l. 28. vers. Viviesen. tit. 7. p. 1.

Et ex dictis etiam resultat illud quod tradunt Doctores de Ecclesia Exempta, quae si in alium transferatur locum, non perdit Exemptionem: ut tradunt Petrus de Perusio in c. Cum persona, de privil. in 6. latè Rebuff. in concord. tit. de Nomin. pag. 119. & seqq.

Et idè privilegium Cathedralis, quae in duabus fuit partibus situata, loquens de Ecclesia, de ambabus intelligitur: quia non de specifica ubi est, sed de generica accipitur: Card. Turrec. in c. Sanctorum, ad medium, 10. q. 1. vers. Ad secundum: ita interpretans textum in c. Dudum, 3. q. 6. loquentem de Ecclesiis S. Petri, & S. Joannis in Laterano de Urbe. Et hac ratione DD. Dignitates in abstracto, non in concreto considerant: teste Tobia Nonio conf. 11. num. 39. ad finem, Bufato conf. 343. num. 48. Sicut etiam eadem ratione mutationes Cathedralium ex causa factae, non Mutationes, sed Translationes appellantur; licet ad diversum fiant Episcopatum: quia sequitur Cathedra est una: ut notatur Turrem. in c. Mutationes, 7. q. 1. Rebuff. in prax. tit. de Transl. Episc. fol. 306.

Secus autem est in Collectis, quae debentur ratione honorum Domino Temporalis, quae transferuntur in Ecclesiam, quae eodem modo debentur: ut latè innumeris recitatis resoluti Zavallos in tract. de cog. per violen. quest. 50. per totam, ubi omnia videre poterit. Quae etiam ratione Regularum exempti tenentur solvere Decimas ex bonis quae ad ipsorum manus perveniunt; ut idem Zavallos supra, & frater meus D. Didacus Antonius Frances de Urrugoyti, Episcopus nunc Barbaftenfis, latissime in suo Pastoralis interno, 3. p. voto 2.

Sic etiam videmus Episcopum, qui loco renuntiavit, & curam amittit, & omnes jus, dignitatem, & denominationem illius, quando ob crimen renuntiavit; ex Abbat. & Mayo. Fulco, & Paris. tradit Barb. in Pastor. alleg. 131. n. 1.

Sic obstat, quod Beneficium curatum Ecclesiae Parochialis, à quo Parochiani recesserunt, non dicitur verè Curatum, ita ut in eo habeat locum dispositio c. De multa, de preben. quoad incompatibilitatem, nec debet provifus attingere 25. annum, juxta dispositionem text. in cap. Licet Canon, de elect. in 6. Nec provifus debet intra annum ad sacros Ordines promoveri, neque ejus faciendae est mentio: ex text. in c. Cum in illis, de preben. in 6. Sed omnino regulandum est tamquam non Curatum, ut probat Monet. de Commut. ult. vol. c. 11. n. 108. Garc. de benef. 5. p. cap. 3. n. 109. qui addit n. 111. n. 108. quae ad 121. quando nulla adest spes, ut actum Parochialitatis recuperet, maximè si lapsi sint quadraginta anni: quae distinctio placet Monete: Tamen hoc non tollit difficultatem, cum spes redeundi, vel tempus quadraginta annorum nihil ponat in re, ad hoc ut suo privilegio privetur: Quare responderetur longè diversam esse beneficii rationem quoad privilegia aliqua incompatibilia cum statu ac ratione ceterorum privilegiorum, cum ratio incompatibilitatis, promotionis ad ordines & c. sit ratio administrationis Sacramentorum, quae cessat; ideò à Jure ruralia beneficia introducta sunt, atque adeo beneficium tale remanet in acta, licet Ecclesia ipsa quae in habitu semper erat Curata, talis semper remanet, ideòque cuia suis privilegiis, ut dictum est.

Sed si restituta fuerint, etiam quod alia numero Ecclesiae adificentur, & in alio sine quo antea erant, omnia Jura restituantur, per text. in cap. Ad audientiam, de Eccles. adif. & per Lapum alleg. 66. num. 5. tenet Penna in decis. 117. num. 6. Ludovif. decis. 463. num. 3. Ab hac tamen Regula excipiuntur bona in alterius potestate translata, quae illi non auferuntur quando privato fuit ob delictum:

ex pluribus congestis à Jacobatio de Concil. art. 2. per totum, tomo 15. Traff. fol. 308.

Et ex supradictis rationibus, Judices, Magistratus, & aliae personae, quibus longis prolixisque stipendiis defessae sibi jam pollicerentur senectus, ut dicebat Imperator in l. ult. Cod. de Primicerio, omnia conservant privilegia: ut lato calamo, doctè, noviter & curiosè scriptis communis Praeceptor Salmanticensis D. Joan. de Solorz. traft. de los derechos de placas honorarias, y libeladas, fol. 97. numer. 213. & seqq.

Et ex his etiam venit disputandum, supposita prerogativa Cathedralium harum, an ita conserventur, ut secundum earum antiquitatem sedere debeant? Et affirmativè Resolvendum est: quia licet ablato exercitio auferantur Resolventur, argumento tex. in l. 9. qui muner. 6. cum seqq. ff. de vacat. muner. tamen quando Cathedra non auferatur propter delictum, conservatur in suo honore: ut bis declaratum fuisse testatur Solorzan. ubi supra num. 312. & sequent. Aliàs enim jura non conservarentur, & abique culpa Ecclesiae puniret manerent, praecipue cum nulla major ratio haberi possit pro una praerogativa, quam pro alia: vide ad eandem materiam Gratian. discept. 291. ex numer. 39. praecipue in fine.

Respectu verò Episcopi, major extat dubitatio; in quo Baldus de pace Constantiae, in 30. colum. verbo Imperialis Clementia, vers. Pone, quadam civitas: quem sequutus est Maurus allegat. 66. num. 2. dixit, quod submerfa Civitate, in qua quis erat Episcopus, remanet Episcopus in Diocesi: Unde Archid. in d. cap. Felices, de penis, in 6. dixit idem procedere in privata Civitate Episcopo, quem sequuntur Joannes Andreas ibi. col. 7. vers. Sed dubitatur hic: Felinus in cap. Rodolphus, de rescript. Petrus de Ancharan. in cap. Accessorium, de regul. iur. in 6. apud Maur. ubi proximi: quando verò ab hostibus capitur civitas, nec dubitari potest, quod iste sit verè Episcopus, ex tex. in cap. 1. de ordinar. ab Episcop. qui renuntia. Episcop. separabilia enim sunt jura Administrationis, & Ordinis: cap. Transmissam, de elect. & ideo unum potest esse sine alio: Butr. in d. cap. 1. de ordinar. ab Episcop. quem sequitur Riccius. lucubr. Eccles. lib. 2. c. 4. nu. 1. & 2.

Ex dictis inferatur differentia quam maxima inter Episcopum, & Ecclesiam Cathedrali: nam cum Dignitas Episcopalis characterem imprimat indelebilem per ordinationem, c. quod quidem, 1. q. 1. c. Licet, 32. q. 7. cui Episcopus nequit renunciare: Glof. in c. Post translationem, vers. ordinis, de renunt. solum potest carere executione, atque ideo talis Episcopus cedens loco & dignitate non potest amplius dici illius Ecclesiae Episcopus, nec insignia potest deferre Episcopalia quamvis characterem retineat: de quo vide plura apud Ricciulum d. tractat. lucubr. Eccles. lib. 2. c. 3. per totum, si verò pulsus fuerit ab hostibus à Civitate & Diocesi captiva, omnia potest Episcopus eo mo lo quo iurata reliquimus infr. C. 32. de Eccl. Cathed. cap. in manibus infidelium positus, ubi latè de materia differuimus: & probat idem Riccius c. 4. n. 3.

Unum tamen omittere nolo, quod Episcopus nullo modo potest cedere neque loco, neque dignitati absque licentia Romani Pontificis: c. Ad supplicationem, de renuntiat. Riccius ubi proxime, n. 7. atque eadem ratione privato Cathedralitatis, est de retervatis Pape; ita ut non sufficiat causa, nisi executio fiat per sententiam Romani Pontificis; ut probavimus sup. c. 3. qui Cathedralis Ecclesiae erigere possit: vers. similiter & etiam Legato: ubi hoc etiam Legato prohiberi diximus. Cuius verò quo Episcopus renuntia Episcopatu (ut bis contigisse nostris temporibus testatur Riccius d. nu. 7. in Episcopo Virdun. qui ad Societatem Jesu se transfudit, ex dispensatione Apostolica, quem ego magnis virtutibus ornatum vidi Romae de anno 1630. & praecipue insignis humilitatis prerogativa fulgere testari possum; is autem erat Carolus ex Principibus Lotharingiae, de quo idem Ricci. lucubr. Eccles. lib. 2. c. 12. nu. 13. Alter verò fuit Thomas Eustachius Larnen. qui S. Philippum Nerium, & ejus Congregatione assumptus fuerat, imitatus, dignitatem abhorrens, non ministerium, iterum ad eandem Congregat-

Adversitas, §. hoc tantum, 7. q. 1. cui adde Paris. d. lib. 5. de resign. benef. q. 3. n. 135. debent enim per Superiorem omnino tentari & probari, an sit spes corrigendi & removendi malitiam, ut per Ecclesiam non stetit dicitur; exemplo Apost. Act. 20. de quo est text. in c. Ephesus, 43. dist. ubi ait: *Ephesus Paulus dicit: Manda sunt manus mee a sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi quominus annuntia- rem omne consilium Dei vobis: Mundus ergo a sanguine eorum non esset, scis Dei consilium annuntiare nolisset: quia cum increpare delinquentes noluisset, eos proculdubio tacendo Pastor occidit.* Ex optima ratione Innoc. Papae in can. error, dist. 83. ubi ait: *Negligere quippe, cum possis deturbare per- versos, tibi aliud est, quam fovere: nec caret scrupulo so- cietatis occultae, qui manifestis facinorosi desinit obviare: de quo correptione, & de obligatione Praelati, vide Joannem Sanctium in select. disp. 6. num. 9. Cum enim remedia desperantur proficere, remedium est aufugere, ut castigatio hac & privatione Populus discipuletur: quae ratio redditur in d. Felicitis: & probatur exemplo Heliae, qui cum videret populum Israëliticum errori deditum, per multa tempora se absentavit: unde Christus Dominus Matth. 10. Discipulis suis dixit: *Cum persequerentur vos in civitate ista, fugite in aliam.**

44 Ratio autem hujus privationis in eo consistit; nam cum Sedium Episcopatum erectio ideo adinventum fuerit, ut Episcopi qui in locum successerunt Apostolorum, c. videntes, 12. q. 1. c. in novo, 20. dist. c. Quorum, dist. 68. positi sint in Civitatibus majoribus in locum Flaminum & Archiflaminum, ut semper vigiles gregem Dominicum custodiant, ut latè cap. 1. probavimus in princ. cessante causa, cessare quoque debet effectus: c. Cum cessante de appell. & probat Flamii Paris. de resign. benef. lib. 5. qu. 3. num. 119. & seqq.

46 Secundo etiam ista perveritas plebis talis debet esse, ut totus Populus fuerit corruptus; secus autem esset, si boni aliqui proficerent: ut tradunt DD. communiter in Translatione Episcopi loquentes, in d. c. Nisi cum pridem, ibi: *cogitur renuntiare propter malitiam plebis, quando plebs adeo dura cervicis existit, ut proficere nequeat ad ipsam.* Si ergo Episcopus unus cogitur renuntiare hoc casu quando proficere nequit, ergo quando malitia Populi tanta est ut nullus Episcopus proficere valeat, Episcopali Sede illa civitas privanda erit. Quod & etiam non obscure deducitur ex text. in c. ult. 7. q. 1. ibi: *quia cum laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant: ergo alio transferenda est Cathedra, ubi cum fructu labor proficere valeat: sicuti defendenda est Cathedralis Ecclesia, quando persecutio Infidelium contra ipsos insurgit, & nulla spes est ibi proficiendi: ut probat Paris. d. c. 3. num. 148. aliàs enim si boni cum improbis permixti fuerint, illis doctri- na Episcopi proficiat, perveritasque malorum probatio virtutis erit, non Judicium reprobationis: c. Adversitas, 7. q. 1. Flamin. Paris. d. lib. 5. q. 3. num. 123. & ideo boni de- ferendi non sunt propter malos: c. Tu bonus, 23. q. 4. dist. c. Adversitas, c. ult. 7. q. 1. Flamin. num. 128. Et ita ex eadem ratione in Monasterio propter malam vitam, & pessimos mores Religiosorum, possunt enim Religiosi & debent privari proprio domo & Conventu, & in aliàs domos trans- ferri, c. Relatum, ne Cleric. vel Monac. Paris. conf. 11. in princ. vol. 4. Mandos. de signat. grat. ver. translationes, vers. addo etiam quod propter malam vitam: & ita servatum fuit tempore Pii V. qui sua constitutione 119. quae incipit, *Quem admodum*: Humiliter Religionem quam B. Joannes Anno 1170. fundaverat, extinxit Anno 1570. propter eorum depravatos mores, & necem S. Carolo Borromeo in- tentam: de quo videndi citati à Barbof. in tract. de univ. iur. Eccl. l. 1. c. 41. n. 65.*

Aliæ item sunt causæ, quæ non à delicto dependent, quas inquirere operæ pretium erit. Et quidem multa debent concurrere ad erectionem Cathedralis Ecclesie, quæ suo Capite & loco enumeravimus; videndum ergo est an carentia istarum rerum, causa fit hujus privationis. Dico igitur quod si causa non est perpetua, sed temporalis, priva- tionem locum non esse certissimum est: ut c. sup. de causis

erigendi novos Episcopatus, juncto c. 8. de causis unienis, & c. 7. de causis transferendi, notavimus.

Secundo, non ex eo quod aliqua ex his causis evenerit, eo ipso privata remanet Civitas: ponamus exemplum; Ad erectionem Ecclesie Cathedralis Civitas & Populus requiruntur, & tamen quamvis populo careat, quia depopula- tur Civitas, & civis in alium locum transmigrarunt, non desinit esse Cathedralis, cum non debeat dependere à po- testate populi, volentis, vel nolentis ibi habitare: Imola in Clem. in plerisque, col. 2. in princ. n. 9. de elect. Grat. discip. 291. n. 47. si verò carentia Populi evenerit ex eo quod Civitas aratrum passa fuerit, tunc privata est Cathedralitate modo quo supra explicavimus.

Potest etiam Civitas ab inimicis Fidei Catholicæ, veluti à Turcis, Hæreticis, sive Schismaticis capi; quo casu pri- vata remanet, sed non in totum; quia semper rema- net in habitu Cathedralis; Clem. in plerisque, de elect. & latius suo loco dicitur infr. cap. 32. Gratian. discip. 291. numer. 68. Imò cum sit in potentia recuperandi omnia, & verus titulus integre remanserit, ita considerabilis est iste Episcopatus, sicut alii qui actualiter gaudent Cathedra- litate: Mand. in terminis, in Regula 26. Canc. q. 4. n. 2. ante finem, vers. amplius cum ab initio: Grat. sup. n. 66.

Unde Causæ aliæ sunt Criminales, aliæ Civiles: in Cri- minalibus, id est in his quæ ex delicto proveniunt, perpetuo manet Civitas privata Episcopatu, & Ecclesia Cathedra- liti; in aliis vero si causa est perpetua, eodem modo; si verò fuerit temporalis, hoc est si fuerit fuerit iurum reducendi, non privatur perpetuo, sed semper remanet Cathedra- liti in habitu, & recuperata Civitate restituitur: ut in nostra Hispania contigit, quæ à Sarracenis vastata, plures Civitates Cathedrales sub captivitate Maurorum tenete fue- runt, quæ omnes statim à Catholicis nostris Regibus recu- perate, divina misericordia, & Deo Optimo Maximo fa- vente, à nefariis idolorum cultibus expiatae, & restitute fuerunt; atque ideo, Decimas omnium quæ à faucibus Sar- racenorum eriperent ipsi Regibus Aragone & militibus Urbanus II. Petro Aragonum Regi concessit in sua Bulla, sub Dat. 17. Kal. Martii, Anno 1065. ind. 3. cum qua concordat alia Greg. VII. quæ in Archivio Bartonensi reperitur, & de utraque Beuter in Chronica Hispania, lib. 2. cap. 19. ubi tenorem Bullæ Urbani refert. Eadem etiam reperit novissime apud Joannem Arruego in tract. Cathedra- lis Episcopalis Caser augustane, c. ult. §. 1. atque ex hac ratione mentionem faciunt de harum concessione Decimarum, modo quo diximus, plures Auctores, inter quos Lucius Ma- rianus Siculus lib. 5. de rebus Hispania, pag. 827. Franc. Tou- rafa de Regibus Hispania, agens de Alfonso VI. vers. Petrus Sancti filius, & vers. in cuius res gratiam Urbani, pag. 720. Mariana de rebus Hispania, l. 10. c. 7. anno 1102. pag. 469. n. 30. Hieron. Zurita lib. 1. Annal. Arag. c. 32. circa finem, & in Indice ipsius Auctoris, Anno 1104. pag. 44. Petrus de Vi- ciana lib. 3. Coron. Civi. & reg. Valen. agens de Rege Petro, vers. el Rey D. Pedro: Bernardino Gomez Mieres lib. 13. in vita Jacobi Regis primi: Belluga in spec. Princ. rub. 13. de Decim. §. Tractemus: & tandem Sese dec. 162. ubi latè: & novissime Arruego c. 1. §. 1. Excipiuntur tamen ab hac concessione Cathedralis, quibus iura intacta remanserunt: Et ideo observatum fuit in nostra Castarugausta, ubi nostra Metropolis, quæ tunc temporis erat Cathedralis, & ideo restituta Civitate Anno 1118. secundum communem & veriosem intelligentiam, die 18. Decembris, statim restituta fuit Ecclesia ad ipsum pristinum locum. Anno sequenti die 6. Januarii, & expiata majori Mezquita, quæ antiqua erat Cathedralis, & toto tempore, quo captiva fuit, Idolis & Mahometicis superstitionibus miserè deservivit, ab Ecclesia Sanctissimæ Mariæ del Pilar, in qua Christiana fi- dei splendor conservatus fuit iuxta promissionem B. Virgi- nis, ut probat optime Zurita lib. 1. Hist. c. 54. & apertius in Indice Latino lib. 1. pag. 52. Et pluribus exemplis ita practi- catarum fuisse in Hispania sicut Castarugausta; latissime idem Arruego omnino videndus, toto supradicto tractatu, præcipue c. 14. per totum, & c. 21. sed de hoc latius sup. cap. 7. de causis translationis Eccle. Cathedra.

61 Insuper videndum est utrum Episcopi, & Ecclesie Ca- thedrales, quæ per invasionem inimicorum destruantur, Episcopi & Cathedrales nominari possint: Quæ questio af- firmative decidenda est: & quoad Episcopos certum est, quod renunciat Episcopatu non renunciat Dignitas; nam illa renunciatio tantum est respectu loci, non respec- tu Dignitatis: c. 1. de ordin. ab Episcopo: ubi DD. ex quo 62 inferunt ipsos gaudere prærogativis Episcoporum: Major- us de Irregul. lib. 3. c. 6. n. 6. vers. isfigitur omnes: Flam. Pa- ris. de resign. benef. lib. 1. q. 17. per totam. Ex quo semper ap- pellantur Episcopi, ut testantur Philippus Hostiens. Anto- nius de Butrio, Zabar. & Abb. in d. c. 1. Anast. Germon. l. 3. de sacrosanct. Immunit. c. 5. n. 26. Quoad Cathedrales vero, idem procedit: nam ad gaudendum privilegii unius Digni- tatis, necessarium non est actuale exercitium, sicut officium cuius exercitium, dat privilegia: Bart. in l. maximarum, c. de excusa. muner. lib. 10. Dignitas enim sine exercitio re- tineatur, ut in Doctore & Clerico probat Bald. in l. qui sub 63 prætextu, num. 2. C. de sacrosanct. Eccle. Aret. in c. Clerici, reprobans Abbatem ibi, de Indiciis, Felin. ibi, col. 2. Decius num. 6. Cagnolo in l. si quis maior, num. 1. 69. C. de tran- salt. Jacob. Bennis de privi. Irregul. p. 3. num. 9. omnes enim Dignitates etiam ab actu exercitio retinentur cum pri- vilegiis: ut in Comite probat Peregr. conf. 84. n. 18. & in præcedentia Regni Neapolitani Franciscus de Aponte conf. 31. num. 10. & seqq. & de his omnibus latè Grat. d. discip. 291.

Quibus accedit quod Ecclesia destructa, etiam non refe- 64 dra, retinet eadem privilegia, nisi auctoritate Superioris destruat, absque spe reparationis: & idem procedit si transferatur, Glof. in c. privilegium, de reg. iur. in 6. cap. Et temporis, juncto c. seq. 16. qu. 1. Innoc. in c. 2. de noui oper. munt. ubi ait: quod si destruitur propter delictum, de ce- tero nemo vocari debet Clericus illius Ecclesie, vel munici- peps illius loci; si verò destruat ab hostibus ita ut ibi non possint habitare, antiqua privilegia retinet, & Clerici re- manent ibi intitulari: idem est si occupetur à Tyrannis, ita ut ibi non possint habitare: Jafon in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. numer. 30. Remig. de Gonni in tract. de immunit. Eccle. ampliat. 2. per totam, de qua matre- ria, quando videlicet privilegia locorum pereant, si loca mutantur, & in aliam transferantur, videndus Petrus Pechius ad c. decet, num. 2. de re iudic. lib. 6. Gail. lib. 2. obs. 61. quos citat Barb. in Collect. ad hex. in l. omnia privi- 65 legia 33. C. de Episc. & Cleric. n. fin. Hinc est quod causa commissa alicui persone in Dignitate Ecclesiastica constitu- ta, relicta Dignitate causam incepram prosequi potest; Glof. in c. Statutum, verb. Canonico, vers. & si tempore Da- te, de rescript. in 6. ubi Archiep. n. 3. vers. ut quid: Anchar- ran. n. 5. vers. quarto quarto: Decius communem dicens, in c. Quoniam Abbas, n. 56. ubi Beronius n. 95. Felin. n. 5. vers. sed numquid: latè Paris. de resign. benef. l. 1. q. 11. a. n. 6. Com- munem & veram dicens.

71 Supradictis confona questio venit pertractanda, an vi- delicet translata Cathedralitate, vel ablata ab ea Ecclesia, ipsa privetur omnibus iuribus, præminentis, & præroga- tivis Cathedralitatis: circa quæ videnda sunt quæ dicemus inf. c. 34. de dedicat. Eccle. Cathedra. n. 109. In qua que- stione pariformiter credendum distinguendum esse: vel amittitur Cathedralitas casu, videlicet quia Clero caret, & subditis, vel alia ex causa citra delictum, aut propter delictum privatur: primo casu, non amittuntur privilegia; secundo verò, econtra. Prima pars probatur ex text. in c. 1. ne sede vacante: c. quia monasterium, de relig. domib. Clem. in plerisque, de election. l. Cassius, juncta l. seq. ff. de Senat. Thomas Sanchez de Matrim. l. 8. c. 27. n. 26. Secunda verò pars etiam patet ex text. in c. Et hoc diximus, 17. q. 1. c. Pla- cut, de Consecr. dist. 1. Innoc. in c. 2. de noui operis munitat. Anchar. in d. Clem. in plerisque, in princ. de elect. Glof. in c. Privilegia, de regulis iuris, in 6. verbo, privilegia, post me- dium, DD. in d. c. 2. de noui operis munitat. ubi Antonius de Butrio, Anchar. & Zabar. Perus. de mut. status Eccl. in pres. num. 4. Jafon. in l. inter stipulantem, §. Sacram, num. 30. de verb. oblig. Pechius de Ecclesie reparat. cap. 35. circa

finem Gonni Communem dicens, tract. de immun. Eccle. ampliat. 20. in fine, latè Azor. instit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 3. q. 13. Purpur. in l. Imperium, num. 94. de Iurisdic. omnium Iudicum, ubi in Principe non habente merum imperium, 72 quod antea habuerat, considerari pristinum statum debere ait, ea ratione, quia reliqua talis Dignitatis durant adhuc saltem nominativè: latè Tiraquell. in tract. cessante causa, limit. 15. Hippo. de Matril. singul. 35. & 107. & latius singul. 179. Glof. in cap. Accedens, 50. dist. qui ponit exemplum in Clerico degradato, in quo dispar est ratio, quia in ipso semper remanet Character qui est indele- bilis.

Quæ omnia ea ratione procedunt, quia licet Ecclesia de- 73 fieri esse Cathedralis actu, tamen inter Cathedrales compu- tatur, cum saltem habitu sit talis, dummodo auctori- tate Superioris ob delictum non fuerit destructa: Glof. lo- quens de Collegio, in cap. Statum, verbo Felicitis, & verb. Collegium, de elect. in 6. Alexander conf. 74. num. 5. & conf. 75. n. 5. l. 4. Malcar. conclus. 84. n. 5. optime Decian. conf. 93. n. 14. volum. 5.

Ex quibus communiter censuerunt DD. finita Dignitate 74 durare privilegium: quia etiam sine administrationis gradu Dignitas retinetur, si bona gratia administratio est finita: l. Nihil, C. de Question. l. ult. ff. de Decurion. Barbat. in c. Sedes Apostolica, col. 4. vers. Etiam allego, de rescript. ubi Innoc. & Bald. col. 1. Marfil. d. sing. 179. n. 4. Bald. in d. cap. Sedes, num. 4. de rescript. Felinus in c. Super literis, col. 18. eodem titulo. Chaffan. in Catalog. glor. mundi, part. 4. conf. 34.

Ex his etiam dicunt, quod finito officio iustiti Principis, 75 non censetur privato ceterarum prærogativatum; ut in Senatoribus Parlamenti Delphinatus probat Guido Papa decif. 377. Tapia p. 2. de Conf. Principum, c. 4. num. 37. Di- 76 gnitate namque finita, remanet vestigia dignitatis: l. unica, C. de Comitib. qui Provinc. regul. lib. 11. cuius argu- mento docet Specular. in tit. de Legat. §. finitur, vers. Item, notat quod Legato, finita Legatione, idem honor debe- 77 tur in memoriam pristina: Dignitatis idem tenet Natta conf. 160. num. 3. & conf. 340. num. 18. Felin. in c. Que in Ecclesia- rum, num. 81. de Constat. Paris. de Puteo tract. de Syndic. in eadem. tit. n. 6. Guido Papa dec. 377. Bobadilla in Politica l. 5. c. 1. n. 52.

Insuper titulus Cathedralitatis perpetuus est, Francus, 78 Dominicus, & Archidiaconus in c. Cum Episcopus, de of- ficio. Ordin. in 6. quare translata, vel privata Ecclesia Cathedra- litate, nomen honoris pristini retinet, & causa debet correspondere fidei effectibus, Argumento text. in can. Cle- ros 21. dist. 15. in princ. C. de defen. Civit. §. Est & aliud, Insuper, de donat. cum aliis adductis à Valen. conf. 82. ex m. 75. volum. 1. Camillus de la Rata conf. 87. num. 35. cum seqq. Solorzano in memor. de los derechos de las placas honorarias y libeladas, n. 86.

Et ex eadem doctrina procedit, deberi eundem honorem 79 Canonicis, vel Episcopis Titularibus, quos vulgò de Anilo, vocamus, atque aliis: ex text. in l. Provincialium, C. de erog. milit. annonæ, lib. 12. l. 1. ubi DD. C. de profess. qui in urbe Constantinop. eodem lib. c. Legimus, 95. dist. cum aliis, Martinus Lauden. tract. de Dignit. q. 55. fol. 1. ro. 16. Traff. Abbas in cap. 1. in fine, de Clericis non resid. Matril. de Ma- gistr. lib. 4. cap. 10. a num. 7. Anton. Gomez in l. 3. Tauri, num. 17. vers. sculo duodecimum: plures apud Solorzan. nu- mer. 191.

Nec repugnat auferri exercitium, & remanere honores, 80 ut advertit Valen. d. conf. 82. nam ab ipse administratione deberet: l. Scientiam, §. 1. ubi Glof. verbo Colonis, l. fin. §. Dims, ff. de Consensu, Chaffan. in Catal. 6. p. Confid. §. vers. Honorari.

Hinc est quod notavit Scapio Rovitus ad pragmatic. Regni 81 Neapolitani, sub pragmatice de titulo abusu sublato, a num. 24. usque ad 55. ubi diffusè tractat; an Proceres qui in vita sua feuda, vel titulos renunciant in suos filios, de- beant gaudere præminentis, prærogativis, & titulis? & affirmativè Respondet; exemplo Monachi, qui Abbas 82 esse desit; & Episcopi, qui Episcopatu renunciant: ut supra

Vna praerogativa conservata, omnes conservantur, 123.  
 Submersa civitate, Episcopus remanet Episcopus Diocesis, 124. & 125.  
 Administrationis, & Ordinis iura separabilia sunt, 126.  
 Dignitas Episcopalis Characterem imprimi inalebilem, cui Episcopus renuntiare non potest, 127.  
 Episcopus cedens Episcopatum, caret exercitio Episcopali, 128.  
 Episcopus cedens loco & Dignitati, non dicitur Episcopus, 129.  
 Non desert signa Episcopalia, ibid. & 133.  
 Episcopus pulsus ab hostibus omnia potest quae licent vero Episcopo, 130.  
 Episcopus cedere non potest Episcopatum absque licentia Papa, 131.  
 Privatio Cathedralitatis est de reservatis Papa, 132.  
 Exempla cedentium Episcopatum, 133.  
 Episcopus cedens loco & Dignitati crucem auream collo appendam portare debet, & quare? 134.  
 Episcopus post Consecrationem quare non dimittendus, iuxta Card. Bellarm. celeberrimum, 135.  
 Episcopi honorandi sunt, 136.  
 Sancti plures, qui Episcopi esse voluerunt, 137.  
 Ecclesia privata Cathedralitate, an possit recuperare honorem semel amissum, 138.  
 Condemnata civitas ad aratrum non potest amplius edificari absque Principis concessione, 139. & seqq.  
 Ruina semper debent remanere, & quare, 140.  
 Collegium Cardinalium an Ecclesiam possit privare sua Cathedralitate, 141.  
 Civitas privata Cathedralitate, non privatur Diocesis, 142.  
 Diocesis non venit appellatione civitatis, in odiosis, ibidem.  
 Ablata Cathedralitate an remaneat civitas, 143.  
 Scandali causa, dilapidationis, vel alterius gravis mali vitandi, an privetur civitas Cathedralitate, 144.

**S**icut causae requiruntur ad novas Ecclesias Cathedraliales erigendas, ut late suo vidimus loco; ita causae requiruntur ad iam erectas sua Cathedralitate privandas: idque majori ratione ex vulgari regula, *Tripliciter eicitur quam non admittit hospes*. De qua est text. in l. *Patro furioso*, ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. cap. *Quemadmodum*, §. *Alioquin*, de iur. iur. Seraphin. dec. 1483. num. 14. Barbol. princ. lib. 1. t. 9. ff. Et licet solius est Rom. Pontificis privativè Ecclesias erigere possit, & alibi saepe notavimus; ita etiam solius Romani Pontificis Jurisdictione & auctoritate possunt Cathedraliales sua dignitate privari: ut late post alios probat Monet. de Commut. ult. vol. cap. 11. num. 286. de quo vide quae d. cap. 3. num. 29. & 33. & pluribus aliis in locis notavimus: quia licet in eis possint Episcopi commutare ultimas voluntates, & alia plura ad ipsas spectantes, veluti onera, & qualitates accidentales, tamen statum substantialem Cathedralis solus Papa mutare potest: ut idem observat Monet. d. cap. 11. nu. 302. usque ad 306. quod quidem cum gravissimum sit, & maximam irrogat injuriam si absque causa fiat, ita maximam requirit causam: ideo de causis singulis sigillatim disputabimus; ad quarum justificationem tria requiruntur, ut causa sit justa, & secundum aequitatem sit licita, ut conveniens sit honestati, & expediens sit secundum utilitatem: Menoch. consil. 77. num. 35. lib. 1. Flamin. Patif. de resignat. benef. lib. 5. c. 3. numer. 210.

**I**nter quas prima, principalis & iustior est, propter necem Episcopi: Civitas enim quae suum occidit Episcopum, Cathedralitate, tanquam tanta indigna praerogativa, privatur; cap. *Ita nos*, 25. q. 2. Zetol. in praxi, verb. *Episcopus*, §. 27. Covart. lib. 2. var. c. 8. num. 10. verf. *His omnibus*: Cetero plura referens Collect. 101. ad Decretales, num. 2. late Farinac. in praxi Crimin. p. 4. q. 112. ex num. 131. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 149. late cum pluribus Belletus *disquis. Cleric. part. 1. tit. de favor. Cler. Can. §. 1.*

numer. 26. Sicut Patronus mutilans vel occidens Rectorem, vel Clericum Ecclesiae, jus amittit Patronatus: cap. *In quibusdam*, §. *Sacra*, de Panit. Monet. de Commutat. ult. vol. cap. 11. numer. 166. & numer. 268. & filiorum non possunt in honorem assumi, c. *In quibusdam*, de panit., cap. *Si quis membrorum*, 23. q. 8. Bertaz. tract. de Episcop. lib. 4. part. 2. num. 140. tom. 2. Tract. eo modo quo Successor Majoratus privatur successione per machinationem mortis possessoris, ex pluribus adductis à Lara de Anniver. & Capell. lib. 1. cap. 5. num. 28. & 29. per text. in l. *Si ab hostibus*, §. *sol. matr. ubi etiam de aliis occidentibus eos*, quibus succedere debebant. Quae doctrina intelligitur de occidente Episcopum Consecratum, non verò Electum: per text. in l. *Si nondum*, C. de furtis: ubi res destinata animo ex voto ut sit facta, non habetur pro facta ante consecrationem: ita Gloss. in Clem. 1. de relig. dom. quam sequuntur Mand. in reg. 16. Cancell. q. 16. vel 19. num. 13. Ant. Ricci. de iure personarum extra gremium Eccles. exiff. lib. 3. c. 7. num. 10. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 5. n. 26. Barb. in Pastor. alleg. 57. num. 23. & in Collect. ad text. in d. c. *Ita nos*, n. 2. Bayardus ad Julium Clarum in §. *Lesa Maiestate*, q. 77. num. 77. Farin. d. q. 112. num. 134. Bald. in l. *Nondum*, C. de furt. Iason. in l. 2. colum. 2. C. de inoffic. testam. Covat. d. lib. 2. var. c. 8. num. 10. Belletus supra dict. num. 26. Cuius rei rationem tradunt Doctores, quia res non recipit denominationem ab eo quod erit in futurum, sed ab eo quod est: ut pluribus docet Gonz. d. n. 26. & Ricci. d. n. 10. Insuper & omnia bona occidentis applicantur Ecclesiae ipsius Episcopi, cap. *Si quis dainceps*, 17. q. 4. Abb. in cap. *Cum illorum*, num. 5. de sent. excom. l. *Si quis in hoc genus*, & ibi Auth. C. de Sacros. Eccl. 2. Bellet. proxime citat. d. nu. 26.

Verum in hoc disputandum est an ipso jure privetur, an verò per sententiam? In quo breviter dicendum est sententiam requiri, ex text. in d. §. *Sacra*, nam cum verba text. in d. c. *Ita nos*, fin. 25. q. 2. factum hominis postulet, declaratione indiget: & certum est, ipso jure non esse Civitatem privatam: ut in terminis Patroni probat Monet. d. n. 268. sicut etiam sententia requiritur in infamia quae incurritur ex offensione Cardinalis; ex text. in c. *Felicis*, in princ. de panit., in 6. ex pluribus quos sequitur Farin. in prax. Crim. p. 4. q. 116. §. 1. num. 5.

Quae doctrina probatur ex eo, nam si Populus vel Civis suum offendat Episcopum in sui defensionem, non incurrit poenam privationis: cap. *Si vero*, et primo, de sent. excom. Sessè de inhibition. c. 8. §. 4. n. 21. Sicut non incurritur vim vi repellendo cum moderatim inculpata tutelae, Gloss. in d. c. *In quibusdam*, verbo *prosumperint*: nec si alio modo mortem vitare non possent, & ad suam vitam conservandam ipsum occideret; de quo est text. in Clem. *Si furiosus*, in secundo responsio, de homic. & de his omnibus Monet. de Comm. ult. vol. c. 11. d. n. 268. Marius Itala de immun. Eccl. lib. 1. c. 5. §. 12. eo modo quo successores in majoratu, ipsum non amittit occidendo possessorem in sui defensionem: Portoles in Schol. ad Molinum, §. *Defensio*, n. 5. Lara de Anniver. & Capell. l. 1. c. 5. n. 32. vel si offenderet Episcopum, eum non agnoscens; utpote quia non induratum habitu Episcopali, sed armatum, & enormibus incumbentem: Decian. in tract. Crim. l. 7. c. 5. n. 8. in fine, quem sequitur Farinacius supra n. 127. Ergo ad hoc ut Civitas in hoc casu sua Cathedralitate privetur, citatio necessaria est, & sententia praecedere debet: cum his casibus privanda non sit.

Verum cum hoc delictum particularium fuerit civium, 17 quadoquidem incurritur etiam non omnes civis tanti criminis sint rei, ex Belletto d. n. 26. nimis videtur rigorosa poena privationis; si enim ex delicto Episcopi Ecclesia non punitur, cap. *Episcopus*, 16. qu. 6. quare delictum unius Civis totam puni Civitatem majori poena quam quae exogitari possit? Cui difficultati respondet Gloss. in d. c. *Ita nos*, verbo *Episcopalius*, ubi puniri in amissione bonorum, & ideo non mirum si ex negligentia Praelati ibi non damnificetur, hic verò e contra; quia cum delictum consistat in omitendo, redundat in damnum Ecclesiae, ex text. in c. *Placuit*, il secundo, 16. q. 3. ubi Episcopi negligentes plebem ad Cathedraliam suam pertinentem, ad unitatem Catholicam lucrari, si mori per

vicinos Episcopos intra sex mensium spatium non effecerint ad eum qui lucrari plebem potuerit, pertinebit: & ita delictum quod consistit in faciendo non nocet Ecclesiae: c. *Si Episcopus*, 16. q. 6. c. 2. de donat. c. 2. de praescript. secus verò in illo quod consistit in omitendo: d. c. *Placuit*, ubi Gloss. verbo *Negligunt*.

**S**ed huic solutioni obstat text. in cap. *Licet*, 16. q. 3. ibi: *Nulla igitur praescriptio statum Parochiarum, qui perpetua atatis firmitate duravit, patitur immutari: quia nec negligentia pontificis, nec temporalis oblietio (quae per incuriam forte generatur) neque ignavia faciente consensus adhibitis, nec subrepente supplicatione praecipio divellere potest semel Dicesim constitutam; ex qua semper ad regenerationem atque consignationem plebs devota convenit*: Ecce ergo quomodo ex negligentia in omitendo non punitur Ecclesia.

**Q**uare melius dicitur Covart. d. lib. 2. var. cap. 8. num. 10. quod licet Civis non peccaverit, nec criminis rei sint, privatur honore & dignitate Episcopali, quia cum hac poena temporalis sit, ideo ex justa causa possunt innocentes eam pati, sicut Interdicti poenam patiuntur, quae cum animam non afficiat, ideo innocentes ligat: c. *Non est vobis*, de sponsal. cap. *Sane*, de offic. Deleg. cap. *Si sententia*, de sent. excom. in 6. quia spiritualis est, & non personalis; & ideo animam directè non afficit: secus verò in excommunicatione. Et hac ratione, differentia versatur circa poenam in Civitate quae occidit Episcopum, & in Clerico ipsum occidente; ita ut illa privetur Sede Episcopali per sententiam, ut dictum est; hic verò privetur beneficiis ipso jure: ex Clem. 1. de panit., & citatis Toledo, Gonzalez, & Molin. tenet Garcia de benef. 1. 1. p. c. 10. num. 56.

**S**i verò persecutio Episcopi non usque ad necem fuerit, sed tantum eum à via Dicesim ejecerint, five ejicere mandaverint, vel auxilium ad hoc facinus perpetrandum dederint, propterea non debet Civitas Cathedralitate privari, sed tantum id facientes excommunicantur per Clausulam undecimam Bullae in *Cena Domini*; Suat. de Censur. tom. 5. dispot. 21. sect. 2. num. 8. Navarr. in Manuali, cap. 21. num. 67. Ugon. de Censur. Rom. Pont. reservatis, part. 2. cap. 11. Farin. in praxi Crim. part. 4. q. 112. in sect. 2. num. 84. & 130.

**E**t hoc casu Episcopus ejectus, dum est in aliena Dicesim, procedere potest via Juris contra ejicientes: per text. in Clem. 1. de foro compet. tenet Maran. de ordm. iudicior. part. 3. de citat. num. 105. Altami. de visit. ver. *Proprium Dicesim*, num. 30. Ugolini. de test. Episc. p. 1. cap. 4. §. 14. num. 33.

**A**ut si Civitas tentavit occidere Episcopum, eum verò non occidit, licet vulneraverit, à quo vulnere sanatus fuit, Cathedralitate non privabitur; cum conatus tantum non puniatur poena ordinaria, sed extraordinaria: ut late declarat Menoch. de arbit. lib. 2. cen. 3. casu, 360. ubi latissimè.

**P**raeterea ab hac regula excipiuntur necantes Episcopum in sui defensionem, dummodo defenso fuerit necessaria: Farinac. d. quaest. 112. num. 129. per text. in cap. *Sigificasti*, §. *secundo*, de homic. & in c. *Si vero*, de sent. excom. idem Farin. cum pluribus d. 4. p. q. 125. num. 33. vel non in habitu Episcopali incidentem, & enormibus incumbentem, vel vim vi repellendo, ut supra diximus, vel Summo Pontifici rebellem; Farin. in prax. q. 103. num. 13. cum seq. & d. q. 112. num. 128. factò verò, vel perpetrato delicto occisionis, omni immunitate privatur occidens: Marius Itala de immun. Eccl. lib. 1. cap. 5. ubi Curtiae saeculari tradendum esse docet.

**N**ec si Populus qui necavit Episcopum poenitentiam praenitit, ab hac poena privationis liberatur; quia ea quae irrogant infamiam, ipso jure non delentur per poenitentiam: ut per text. in d. cap. *Nisi cum videm*, §. 1. de renun. juncta Gloss. 1. docet Fulf. dicto lib. 2. de visit. c. 28. num. 2. quam poenam incurrit populus occidens Episcopum qui loco renuntiavit: Itala supra num. 6. ex text. in c. 1. de ordm. ab Episc. qui renunt. Episc.

Secundò, Civitas privatur sua Cathedralitate, quae Cardinalem offenderit, seu offendere praesumentibus consilium dederit, auxilium, vel favorem; c. *Felicis*, in fine, verf. *Civitas verò*, de panit., in 6. ubi Gloss. & plures quos sequitur Farinac. in praxi, p. 4. d. q. 112. in sect. 2. num. 101. De poenis autem occidentium Episcopos, Cardinales, vel etiam Pontificem summum, quod horrendum est cogitare, videatur Pavin. de Visit. 2. part. 10. quest. numer. 7. tomo 14. Traët. Franciscus Arias tract. de bello & bellato, numer. 120. ubi agit quis sit Judex comperens in hac materia.

Hinc etiam deducitur resolutio illius questionis, an scilicet crimen laesae majestatis sit causa privationis Cathedralitatis? In qua distinguendum, si crimen sit contra Deum, non prout universaliter sunt omnia peccata, sed quia Populus Fidem Catholicam amiserit, veluti si in aliquam fuerit prolapsus haereseum, absque dubio causa erit ut Cathedrali Ecclesia privetur: sicut etiam fit contra Romanum, si conspiraverit Pontificem, vel contra Sedem Apostolicam, arbitrio ipsius supremi Pastoris, pro qualitate delicti: si autem delictum fuerit contra Principem saecularem, nequaquam directè Cathedralitate privabitur, sed indirectè bene poterit; hoc est, quia ex atrocitate hujus criminis Civitas ad aratrum potest condemnari, & demolita civitate, in ne cessatiam consequentiam, non poterit ibi sistere Cathedralis: ut late probavimus supra c. 4. an Eccl. Cath. in quocumque loco erigi possint: nam alibi quam in Civitatibus Cathedralibus esse non possunt; & ideo quando auctoritate Judicis, vel Principis superioris, ad aratrum Civitas condemnata est, Ecclesia delimit effe Cathedralis: ad text. in l. *an usufructus*, ff. de usufruct. Innoc. in cap. 2. de novi oper. nunt. & in c. *Grave*, de sent. excom. Imol. in Clem. in perisique, numer. 9. de elect. Grat. discip. 291. n. 47. & seqq. taliter quod Episcopo agenti nomine Ecclesiae, hoc casu obstat exceptio carentiae Populi; qua probata, constat non esse Episcopum illius urbis demolitur: ut citatis Innoc. Imol. & Anchar. probat Grat. sup. n. 49.

Ex his etiam disputandum venit, quomodo malitia Populi causa sit hujus privationis? Et quidem causam esse translationis Episcopi dubitandum non est; per text. in c. *Nisi cum pridem*, de renun. ubi quando Praelatus plebem sibi commissam, propter ipsius peccatitatem sive malitiam, regere, & salutari doctrina imbueri non potest, ipse Episcopus transferatur; ut probant elegantissima verba text. in d. c. *Nisi cum pridem*, ibi: *Propter malitiam autem plebis cogitur interdum Praelatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs addo dura cervicis existit, ut proficere nequeat apud ipsam; sed propter eius duritiam, quo magis atagit, eo magis iusto iudicio deficere permittitur, dicente Domino per Prophetam, Linguam tuam adherere faciam palato tuo, quia domus exasperans est: & Apostoli legitur dixisse Iudas, Ecce convertimur ad gentes, quia verbo Dei vos indignos fecistis: quae ultima verba colliguntur ex Leazar. cap. 3. & ex Actis Apost. 1. 3. Probant plures quos sequitur Barb. in Past. alleg. 113. num. 8. Et licet non omnis causa translationis Episcopi, sit causa extinctionis & privationis, cum longè lateque distet unum ab alio, tamen adeo crescere potest iustitiam pervertitas, ut justa causa reputetur privandi Civitatem Cathedralitate: veluti si adeo fuerit dura cervicis, ut clare constet in dies magis indurere; d. c. *Nisi cum pridem*, §. *Propter malitiam*, si nulla subest emendationis spes: per optimum text. in c. *fin. 7. q. 1* ubi an liceat Praelato deferere gregem? Respondet Greg. Papa, *ibi adnotati aequanimiter portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adveniunt, boni: Nam ubi omnimodo de bonis fructus desunt, sit aliquando de malis labor super vacuum; maxime si è vicino casu suspentant, quae fructum Deo ferre valeant meliorem*. Saepe agitur in omnino perceptorum, quod silentio propterea non est: quia cum laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Exemplum prout in Paulo, qui cum Damasci persecutionem pateretur à fratribus, per murum in sporta demissus, cum ibi minore sibi fructum adesse conspiceret, ad gravem laborem se alibi cum fructu servavit: de quo vide plura exempla factae Scripturae, in c. *Adver**

gregationem rediit: de quo Ricciul. ubi proxime, ) quando à Sede Apostolica dispensatur, cedenti in insignia Episcopalia deferre non permittitur: c. Post translationem, de renunciat. nisi quod post habitus depositionem, & Crucem auream collo appendam in memoriam pristinae Dignitatis deferat, eo modo quo Ecclesia destructa, Crux ibi relinquatur infixâ, ut in memoriam pristinae religionis honor deferatur: sic & in personam Episcopi signari visum fuit: ut curiosè notavit Ricciul. d. c. 3. n. final.

135 Sed & in gratiam hujus Episcopi Virdun. hic apponere, volui quoddam responsum Venerabilis Cardinalis Bellarmini, quem dum Excellentissimus ille Princeps Episcopus Virdunensis Episcopatum summa cum laude administraret, consuleret, ob scrupulos quibus augebatur timens ne suæ obligationi satisfaceret, cupiensque propterea ne anime suæ detrimentum forte pateretur, cedere Episcopatu, & habitum Societatis Jesu assumere, ut ibi soli Deo, & sibi vacaret: Respondit ipsi Eminentiſſ. Cardinalis, quod ad acceptandum Episcopatu rectè timeret; (idque ipse Bellarminus expertum & exequutum fuisse reposuit dum ad Cardinalatus dignitatem, & ad Ecclesiam Capuanam promoveretur: ) Verùm, diversam valde esse rationem dimittendi Episcopatum, vel acceptandi: quandoquidem primum, rationem haberet iusti timoris; secundum verò respicere poterat rationem commoditatis: idque exemplo Christi Domini explicavit, qui dum S. Petro Ecclesiæ suæ gubernacula tradidit, prius ter ipsum interrogavit, *Petre amas me?* cui cum Discipulus respondisset, *tu scis Domine, quia amate;* dixit, *Passes oves meas:* quasi ipsum prius in amore Dei & proximi radicaret: videat ergo (profectus fuit Bellarminus) ne ista voluntas dimittendi ministerium Episcopale ex defectu amoris Dei & proximi exciteret, sive ex aliqua ratione commoditatis, & amoris proprii, in effugiendo laborem administrationis Episcopatus procedat. Verùm cum postea S. Sedes Apostolica rationes Excellentissimi illius Principis Episcopi examinasset, re maturè discussa, ut decebat, illum à vinculo Ecclesiæ, qui præerat, absoluit; & Societatem ipsam ingredi ei permisit. Rationem hanc Bellarminus ipse sumperat à S. Bernardo sermone 12. in Cantica, ubi sic scribit: *Frates revearemur Episcopos; sed vereamur labores eorum: si labores pensemus, non affectabimus honores.* Si verò plura scire cupias exempla Sancto- rum, qui Episcopatus dignitatem reſergerunt, & alia in proposito? consule ea que diximus in vita S. Philippi Neri, lib. 2. c. 30. in principio.

138 An verò private Ecclesiæ sua Cathedralitate ex causa delicti superſtit aliqua spes reſtaurandi illum statum? Dicas quod non: nam sicut condemnata Civitate ad demolitionem murorum non possunt amplius edificari, non abſimili ratione Cathedralitas semel extincta, absque suæ Beatitudinis licentia fuscitari non potest; ut in terminis tenet Anch. in d. c. Felicitis, col. 3. notab. 7. & alii quos sequitur Gratian. discip. 179. n. 12. & sic semper remanere debent ruinæ, ut dicatur sententia plenè satisfactum: estque verior opinio secundum Tiraquel. in l. si unquam, verb. susceperit liberos, n. 81. C. de revoc. donat. Grat. n. 15. ubi per totum illud caput doctè differt de condemnatione, sive causis damnandæ civitates ad aratrum, ita ratione atrocissimi criminis, necis videlicet Episcopi, vel aliorum supra enumeratorum, iterum spem habere non debet talis honoris: ut ipse ratiocinatur Gratianus, exemplum ponens in occidente Cardinalem ibi in principio.

141 Si verò scire desideres an Collegium Cardinalium possit Cathedralem suam privare Cathedralitate? Consule que nota reliquimus d. c. 3. quis Cathedralis Ecclesiæ erigere possit? ex n. 35. cum seq. n. 10. n. 53. ubi de omnibus aliis per totum illud caput differimus circa erectionem, quæ ad resolutionem hujus questionis conducant; siquidem erectio & privatio ejusdem sunt potestatis.

142 Unum tamen omitti non potest; quod Civitate privata Episcopo propter delictum, non extenditur pœna ad Duceſim, qua Prælati suo non privatur; imò in ea potest Episcopus quidquid antea in Civitate, & Duceſi exercebat: de quo latè videnda sunt, que diximus c. 4. an Eccle-

sia Cathedralis in quocumque loco erigi possint, ex numer. 139. cum seq. vide num. 151. ubi nu. 149. decisum invenies quomodo punienda sit occisio Cardinalis, sive delictum commissum Romæ, dignum privatione Cathedralis: Cujus rei ratio ea est, quia Civitatis appellatio non venit Duceſis in actibus potissimum odiolis; Coccius dec. 129. nu. 2. plures apud Barbos. de appellat. verb. utriusque var. appellat. verb. Civitas, n. 7.

An verò ablata Cathedra ob delictum privatione dignum, remaneat Civitas? vide que diximus supra c. 4. an in quocumque loco possint erigi Cathedralis ex n. 134. cum seq. Barb. de appellat. utriusque var. verb. appellat. verbo Civitas, n. 6. ubi affirmatè respondit.

Sed præter causas privandi Ecclesiæ sua Cathedralitate, quas superius tam lato calamo recensuimus, aliam usque adeo à Doctores non excogitamus sed verissimam invenio, quando videlicet est periculum destructionis Ecclesiæ, vel magni scandali & periculosi in spiritualibus & temporalibus, tunc enim sicut Episcopus compelli potest ad cedendum Episcopatu ratione publicæ utilitatis, ex Innocentio in c. Nisi cum pridem, de renun. quod dictum singulare appellat Ancharan. super Clement. ad tit. de elect. fol. 51. colum. 2. ad medium, item, la prima, s. ff. de Prætor. stipul. l. damni, item, la prima, s. ff. de damn. infect. l. 1. C. de action. & obligat. & de aliis exemplis vide eundem Ancharanum loc. cit.

CAPUT X.

De Variis dubiis quæ in erectione novarum Cathedralium offerri possunt.

SUMMARIVM.

Erectio sive Vnio Cathedralis absque consensu alicuius an valeat, 1.

Stante legitima causa, absque consensu eius cui præiudicium inferitur, erigitur Cathedralis, 2. 4. 16. & seq.

Nova Parochia ex quibus causis erigatur, 3. 15.

Absurdum quod sequeretur si absque consensu alicuius nova Cathedralis erigi non possit, 5.

Stante legitima causa idem operator consensus quod obligatio consentiendi, 6. 8. 14.

Citatio in Principe supremo quando non requiratur, 7.

Proximo existente in extrema necessitate, quare licitum est ei assumere sibi aliquid, quo extreme indigentia subveniat, 8.

Filius familias, vel uxor, quo casu ex bonis patris, vel mariti elemosynam possunt dare? & quid de Religioſo? 9.

Monasterium quo casu in alio loco quam ubi mandavit testator adificandum est, 10.

Beneplacitum Pape in erectione Cathedralium omnia supplet, 11.

Secus autem in Episcopo, 12.

Episcopus non potest unire Ecclesiam contradicente Rectore, 13.

Contra 22. 57.

Papa pius voluntates potest mutare, 14.

Invito Rectore quibus ex causis nova Parochia erigenda, 15. 57.

Seſſio beneficiorum quo casu permittatur, 17.

Ex causa licet, quod absque ea prohiberetur, 18.

Dismembratio quomodo prohiberetur, 19.

Alia Concilij Tronensis 4. an sint approbata à Rom. Pontifice, 20.

Tex. in c. Majoribus; de præbend. latè expenditur, ibid.

Divisus Episcopatus, divisione nondum effectuatâ, non potest duobus conferri, 21.

Ex causa necessaria certissime potest fieri divisio, 23.

Idem ex causa rationabilis & iusta, 24.

Nova Cathedralis an erigi possit nulla existente causa, 25. & seq. 79. & seq.

Papa an sine causa possit dividere Duceſim, 26. c. In multis, 16. q. 1. interpretatur, 27.

Privilegio extante quod Episcopatus non possit dividi absque consensu illorum quorum interest, id servandum est, 28.

Delegatus Papa an possit invito aliquo Cathedralam novam erigere, 29.

Vicario Sedis Apostolicæ maior honor debetur quam Vicario Episcopi, 30.

Legem nemo sibi imponere potest à qua recedere sibi non liceat, 31.

Imperare sibi nemo potest, ibid.

Pontifex quare autoritatem Successorum suorum sua constitutione limitare non possit, 32.

Reſtor quando pro Episcopo sumatur, 33.

c. In multis, 16. q. 1. interpretatur, ibid. & seq.

Papa qua ratione consensus Episcoporum in divisione Cathedralis expectare non tenetur, 34.

c. Cum ad monasterium, de vita & honest. Cleric. expenditur, 35.

Abbas non potest dispensare cum Monacho super proprietate bonorum, 36.

Papam non posse indulgere proprietatem bonorum Monacho, quomodo intelligatur, 37.

Repugnantia non possunt simul convenire, 38.

L. si testamentum 10. C. de testam. interpretatur, 39.

Testamentum quo casu ex rescripto Principis rescindi potest, ibid.

Ex imperfecto testamento nec hereditatem nec legata ipse Princeps capere potest, 40.

Princeps nullam habet potestatem in auferendo alicui bona, que eius privato competat, 41.

Legitima voluntas non pertinet ad arbitrium alicuius, 42.

Dominiū universale Ecclesiæ Papa competit, 43.

Papa non potest disponere absque causa contra testatoris voluntatem, & quæ ratione, 44.

Iuri patronatus potest Papa derogare, 45.

Decime, & omnes fructus Ecclesiastici independenter sunt in dominio Pape, 46.

Donare licet, cui non permittitur promittere, 47.

Consuetudo & usus multum operantur circa potestatem, 48.

Princeps supremus an possit iuri Tertii derogare, 49. & seq.

Libertas testandi est de iure naturali, solemnitates de iure Civili, 50.

Papa quare uni possit dare, & ab alio tollere de bonis Ecclesiæ, 51.

Ius Tertii quare non obſtet in hoc casu, 52.

Locus subiectus inferiori erectus in Cathedralam transit in potestatem Episcopi, 53.

Clauſula, sine præiudicio Iuris Tertii, intelligitur in his, que sui natura non præiudicant, 54.

Ordinarius quare conqueri non potest quando Papa confert beneficia vacantia in mense ipsius Ordinarij, 55.

Nec Beneficiatus, cui à Papa beneficium auferatur, 56.

Patroni contradicendo quando non attendantur in conservatione sui iuris, 58.

Aſſensus Episcopi in erectione novæ Cathedralis de urbanitate requiritur, 59.

Papa non solet erigere novas Cathedras, vel dismembrare absque consensu, & absque causa, 60.

Antiquus Episcopus habere non licebat absque consensu Metropolitanæ, 61.

Quando alteratur status universalis Ecclesiæ quid exigatur, 62.

Aliud est Regimen universale Ecclesiæ, aliud status universalis, 63.

Aliud removere ordinem Episcopalem, aliud bona unius Ecclesiæ alteri applicare, 64.

Ordinem Episcopalem auferre, ad statum universalem Ecclesiæ pertinet: bona unius Ecclesiæ alteri applicare, nequaquam, 65.

Si Papa non haberet plenam potestatem in erectione novæ Cathedralis, absurda maxima sequerentur, & quæ? 66.

Iniustitia Superioris non tollit legis vinculum, sed permittit appellationem, vel supplicationem, 67.

A supremo Principe non datur recursus, 68.

Papa omnia potest solus absque consilio Cardinalium in Erectione, Vnionem, vel Dismembratione Cathedralium, 69.

S. Petrus non poterat sine causa aliquem ab Apostolatu depone- re, 70.

An Papa possint sine causa Episcopum transferre, 71.

Papa potest peccare erigendo, uniendo vel, dismembrando Cathedralam sine causa, sed factum valet, & quare? 72.

Apostoli licet subordinati S. Petro, parem cum ipso habebant potestatem, 73.

Episcopi Pastorale munus habent dependenter à Papa 74.

Dispensatio in lege propria, vel inferiori, sine causa, valida est, 75.

Papa dispensans sine causa, peccat venialiter, 76. & seq.

Dominus alienans bona prodigaliter, peccat, sed transferri dominium, 77.

Absolutio à censuris data sine causa ab ipso proferente, valida est, 78.

Cap. Cum omnes, de constit. interpretatur, 79.

Inferior quando in lege Superioris possit dispensare, ibid.

Papa an peccet erigendo novam Cathedralam sine causa, 80. & seq.

Eximere aliquem à lege per viam dispensationis sine causa, non est peccatum mortale, 81.

Lex quando à Legislatoris pendat potestate, ibid. & 82.

Gratia transiens in contrarium non potest abrogari sine causa, 83.

Erectiones novarum Cathedralium Romani Pontifices non solent facere sine causa, 84.

Præiudicium intelligitur de alio quam in Gratia expresso, 85.

Invito Patrono, iusta existente causa, an possit erigi nova Cathedralis, 86. & seq.

Collegiata potest erigi invito Patrono iusta causa existente, 87.

Parochia item invito Patrono potest erigi, iusta causa existente, 88.

Iusta existente causa potest Papa novam Cathedralam erigere, etiamsi populus non inſitet: imò eo invito, 89.

Invitis quo casu datur Episcopus, 90.

Episcopus quare invitit, & non petentibus non sit dandus, 91.

Cap. Felix, 16. q. 1. à quo Concilio sumptus fuerit, 92.

Voluntas Episcopi quomodo requiratur in nova Cathedralis erectione, ibid.

Irrequisito Rectore non potest fieri erectio: ipso verò requisito & contradicente absque iusta causa, fieri potest, 93.

Canones docentes novam non posse erigi Cathedralam absque consensu, interpretantur, 94.

Iusta existente causa Vnio fieri debet, & omnes consentire, tenentur, 95.

Superior item adiri potest ut compellat facere Vnionem, ibid. & 97.

Consentire obligatur hoc casu renuens, 96.

Anova erectione Cathedralis vel Parochialis non datur appellatio suspensiva, 97.

Iurisdictio Commissarij pro nova Cathedrali quando expiret, 98.

Iurisdictio expirat morte, secus in Gratia concernente bonum publicum, ibid. & 99.

Gratia nova Cathedralis non expirat, quando executio committitur, morte Pape, 100.

Mandatum circa executionem non expirat morte concedentis, 101.

Gratia quando dicatur facta, vel facienda, 102.

Commissario mortuo, & per miraculum resuscitato, an Gratia expiret, 103.

Morte civilis Iurisdictio suspenditur, 104.

Mortis naturalis & civilis differentia, 105.